

*Pelleas  
coram, qui  
profiteretur  
J. C. sed  
postquam  
recepit  
Sacramen-  
tum Contri-  
tionis.*

litis sacrilegii vestris, postquam per superbam infidelitatem, blasphemias dixistis, vos nec illius esse, nec ipsum vestri? Ex Moralibus Sarracenis. Tomo 1.

Si tibi officium, atque salutarem irrogasti legem; ne erubesceres Jesum Christum; & quin ullam pudoris causam invenires in Mylteris ejus, que maxime hominum superbiam frangunt, ea respexisti tamquam reparationis tue Sacramento; si credidisti quidquid ipso indignum erat, tibi perutile, ac necessarium esse; si per contemptum placitorum Mundi sancte impudens fuisti; si denique ut nihil omnium ex Evangelio, non fuisti non secus ac sanctus Joannes baptista, calamus mobilis ad quemlibet venti flatum; si per vitæ rationem conformem, atque constantem generose adhasisti Jesu Christo vere gloriæ ejus, sacrificans adversitatibus tuis, contemnens illum advenisse, ut salvaret te, & te non alium expectare Redemptorem nisi illum: Dico te esse beatum. *Beatus est, qui non fuerit scandalizans in me.* Cave tamen ne cum primum hoc evitaveris scandalum, sis alterius causa erga fratres tuos. *Idem.*

Inter artes, quas demonis excogitavit nequitia ad animas pervertendas, nulla melius illi venit, ut illas in victoriorum cordibus contineret, quam perniciosa bene operandi veracundia; veracundia, qua hominum mentes misere fallit, quorum infirmitas ad recipiendas timoris, & pudoris impressiones comparata præbet animum maligno nequiter abutenti eorum facilitate, & naturali pudore, ut ingerat illis boni, & virtutis veracundiam, ac metum, qui illos a peccato debere deterrere. *Adolescentia Institutio per Gabrielem.*

Confirmationis Sacramento nos in fide confirmat, & augendi gratiam in Baptismo receptam, atque imprimendi signum, & characterem Militiæ Jesu Christi, ut illo duce pugnemus contra salutis nostre inimicos. Conferat nobis quoque gratiam strenue aggrediendi quicquid necesse est ad Christiane vivendum, ad superandum ingenium, cupiditatem, habitum, humanos respectus, ad amputandas vanitates, atque superflua; ad perseverandas repulsa, irrisio-

nes Mundi, aliaque penas, & ad fervorem in pietatis, & caritatis praxi exercendum. Signum Crucis, quod fit in eo, qui confirmatur, ostendit: 1. Spiritualem adesse characterem. 2. Docet, non esse erubescendum profiteri fidem Domini nostri, vel pro illius defensione pati; quoniam gerimus vitam Isaac passionem in fronte; & que efficitur cum unctione, que sanctum Christum vocatur, ut intelligamus Spiritum sanctum per gratiam suam lenitorem, quidquid pro illo patimur, representando quocumque difficulta nobis ad salutem sunt necessaria. Unctio hæc constat oleo, & balsamo; oleo quod munit, & lenit ad inveniendum effectum gratiæ Spiritus sancti; & balsamo, quod corruptioni adversatur, & gratum odorem effundit, ad inveniendum, nobis non esse permitendum, ut peccato corrumpamur, & bona exempla nostra esse debere bonum odorem Jesu Christi. Postmodum Episcopus pulsat genam illius, quem confirmat, ut doceat illum patienter sustinere injurias, & irrisiones, quas demon in illum excitat, ubi sancte vixerit; atque ita fieri imitorem Jesu Christi; simulque dicit: *Pax tecum;* ut intelligat, ad possidendum Spiritus sancti pacem quicquid molesti acciderit, hoc æquo, & patienti animo esse perferendum. *Ex Theologiis.*

Si te bona tangit hominum opinio, illam admittas Sapientum, bonorumque virorum consuetudinem: Memento terribilis illius comminationis, quam Dei Filius in intentat omnibus ipsum erubescensibus: Nam qui me erubuerit, & meos fratres, hunc Filius hominis erubescit, qui venit in Mœstate sua, videlicet illum non cognoscet. Memento terribilis hujus confusionis, qua cooperiet iudicium die faciem coram, qui in hac vita illum erubuerint, cum eorum peccata pateant aspectui Mundi totius; & propterea quod erubuerint virtutem, tradentur æternæ confusioni, que nunquam delebitur de memoria Angelorum, atque Sanctorum, secundum Dei ipsius testimonium: *Et dabo eos in aprobium sempiternum, & in ignominiam æternam, que nunquam oblivioni delebitur. Gabrielem in Institutione Adolescentiæ.*

*Ed enim  
querendum  
est, si loqui  
de nobis  
bene  
sunt.*

# DE SACRAMENTO PœNITENTIÆ, ET CONFESSIONIS SACRAMENTALIS. M O N I T U M.

**D**e Pœnitentiæ quatenus Sacramento adeo fise locuti sumus in Tomo Tertio nostre Bibliothecæ sub titulo Confessionis, ut nihil hoc in Argumento superest, quæ nonnullas addere animadvertiones circa præceptum, & necessitatem faciendi hanc Confessionem, circa modum, quo præscribit Ecclesia illam saltem semel quotannis efficiendi, & super singulas hujus Sacramenti partes, quod medium est absolute necessarium ad obtinendam a divina misericordia veniam peccatorum, que post Baptismum commissis; ac tandem de hujus præcepti antiquitate, & diversa ratione, qua servabatur in primitiva Ecclesia, & postmodum de Satisfactione, que vulgo Pœnitentiæ vocatur.

## DE SACRAMENTO PœNITENTIÆ.

*De Confessione est, que necessitatem.*

**C**onfessio est accusatio, & declaratio peccatorum suorum facta a Pœnitente Sacerdoti jurisdictionem habenti, ad recipiendam ab eo pœnitentiam, & absolutionem. Confessio omnium peccatorum mortalium post Baptismum patrorum necessaria est ad veniam impetrandam. Novimus hoc ex verbis Scripturæ, & ex Traditione. Primum quidem ex Scripturâ: *Jesum Christum post Resurrectionem suam dixit Apostolis: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittentur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt.* Verba hæc probant necessitatem se se confitendi; Sacerdotes enim cognoscere non possunt quantum sint peccata, vel remittenda, vel retinenda, nisi illa audiant per confessionem. Ex traditione vero, perquam scimus Jesum Christum per hæc verba dedisse Episcopis, & Sacerdotibus potestatem remittendi, ac retinendi peccata post Baptismum commissâ; & Ecclesia semper intuita est obligationem confitendi illa tamquam horum verborum consequentiam. *Ex Theologiis.*

Neque decet indifferentiâ omni Sacerdotum generi, quantumvis approbati sint, peccata confiteri, sed perquam caute eligendus est Confessor; hinc ut plurimum pender salus, & per experientiam innotescit, perofque Christianos in perniciem ruere, eo quod carum dante viro prudenti, & bono, qui illis obsecrat periculum, in quos sunt, & qui illis nequaquam blandiantur. Hoc ipsum accidebat Judæis, quemadmodum Propheta sæpe conqueratur. Hinc licet bona fide ea lacremus omnia, que nobis suaderet Confessor, quin scrutaremur utrum idoneus sit, vel secus, non ideo tamen curâ conscientia, ageremus: etenim Jesus

*De Confessione est, que necessitatem.*

Christus ait: Si cæcus caeco ducatur praesertiter, ambo in foveam cadent. Bona fides non obstat quominus in præcepto ruant. Ita metuendum est, ne si Confessarius parum scitus nos sefellere, hoc minime veret, ne percamus. In iis tamen, in quibus excusabilis est ignorantia, bona fides, qua simplices viri sequerentur monita Confessarii parum docti, illos excusaret, cum meliorem non cognoverent; docet enim rerum Magistra experientia, ipsos etiam decipi Episcopos in electione sua; & protecto verum non est, cum ægotamus, non conquiescere in eo, qui doctoratus lauream assecutus est, sed præstantiorum, quem novimus, a nobis inquiri. Animæ nostræ curatio nobis pretiosior esse debet, quam corporis; vix quantibus inutilis causas, ut sibi hæc in re blandiantur. Qui in veteri testamento habentur tamquam pravi decem, & pseudo-prophe-tæ, ut plurimum habent characteres, & missionem necessariam ad populos regandos; quaremorem interese omnium, sibi Confessarium deligere, qui doctus sit, prudens, caritate repletus, & admodum arcani cultus. Satis doctrinæ habere debet, ut Ecclesiæ regulas cognoscat, satis firmitatis, & prudentiæ, ut illas applicet, satis caritatis, ut eas amabiles præbeat. Quod ad secretum pertinet, nemo unquam ignorat, hoc violari non posse. *Ex iisdem.*

Pœnitentiæ Sacramento, de quo loquimur, situm est in contritione, confessione pœnitentis, satisfactione & absolutione Sacerdotis. Hoc est, ad recipiendum Pœnitentiæ Sacramento opus est, ut qui mortale peccatum aliquid post Baptismum patravertit, illud t. exerceat, 2. illud approbato Sacerdote confiteatur, 3. Deceverit Deo satisfactura ad illud expiandum, 4. Recipiat absolutionem per Ministerium Sacerdotis, apud quem peccata confessus est. Vel solum Jesum Christum instituisse Sacramento Pœnitentiæ, ex fa-

*In hoc sit  
sit Pœnitentiæ  
Sacramentum  
situm, &  
necessitas.*

ex sacra Scriptura, & ex Traditione. Scriptura nos docet J. C. dedisse Apostolis suis claves Calorum, ac potestatem ligandi, atque solvendi. Traditio vero ait per Sacramento Pœnitentiæ Episcopos, & Sacerdotes exercere hanc potestatem propter peccata post Baptismum patrata: Semper necesse fuit ad Sacramento confugere, ad peccatorum remissionem obtinendam: nam post J. C., peccata post Baptismum commissâ nunquam remissa sunt, nisi hujus Sacramenti virtute. Non inde sequitur tamen, & constanti, qui moriuntur, quin poterint recipere Sacramento Pœnitentiæ, certissime damna fuerint; quoniam Pœnitentiæ Sacramento suppleri potest, non secus ac Baptismus in casu necessitatis, per desiderium illius recipiendi, cui accedat perfecta contritio. Cum autem dico, nullum mortale peccatum commissum post Baptismum remitti nisi Sacramento virtute, hoc dico, quia votum, firmum, & constanti recipiendi Pœnitentiæ, vel Baptismum efficit, ut hæc Sacramento operentur per se eundem effectum in iis, qui illa recipere nequeant. Ita fere peccata horum Sacramento viri remittuntur. Docet Traditio, desiderium recipiendi Sacramento Pœnitentiæ cum perfecta contritione conjunctum in necessitate obtinere peccatorum remissionem; hæc semper fuit Ecclesiæ doctrina; & huic innixa fundamento, cum Pœnitens in pœnitentiæ fuz cursu decederet, semper de illius salute optatum habuit opinionem. Ad hoc Sacramento confugere possumus, quotiescumque nosmet peccasse cognoscimus, quantumvisque enormia, vel levia sint peccata. Illud pluries recipere possumus, & toties illud iterare, quoties recentia peccata committimus: immo & debemus si fuerint mortalia. Utile est etiam ad illud pro venialibus peccatis accedere; sed necesse non est; alia enim suppetunt adminicula ad eorum remissionem obtinendam, sola, videlicet, cordis oratio, jejunium, elemosina, aliaque opera bona. *Ex Theologiis.*

*Etiam quam  
concipiunt  
debetur  
de Sacramento  
Contra-  
tionis.*

vel potius illa tegetur sub sigillo secreti, quod nunquam potest revelari? *idem.*

Soli Ecclesiæ inimici contati sunt nos salutari medicina privare, secundum testimonium Historiæ Ecclesiasticæ, & Patrum. Montanistæ obstruebant Ecclesiæ Janus Pœnitentiæ perinde ac Filio Dei abrenuntiant. Novatus scripsit ad Ecclesiâ, que illi obsequantur, ne admitterent in partem Sanctorum Mysteriorum suorum eos, qui idolis sacrificarent; illos solum ad pœnitentiâ esse tantum cohortandos, quin illa eis traderetur absolutio, dicas ipsi etiam Sacerdotibus deesse hanc facultatem. Meletius Thēbaydis Episcopus neminem ad hoc Sacramento admittere nisi post satis diuturnum temporis intervallum; dicens prius faciendus esse fructus dignos Pœnitentiæ. Arius Novati discipulus adhuc severior erat, docens, eos qui post acceptum Baptismum incidebant in illam peccati speciem, quam sacra Biblia vocat peccatum ad mortem, indignos esse communionem, & Sacerdotes non habere potestatem dimittendi hoc peccatum, sed ab uno Deo posse dimitti. *Ex Catholica Institutione Parisiensi.*

*Hæretici  
voluerunt  
bis autere  
Confessionem  
nisi Sacramentum.*

Non est operum ostendere Confessionem in usu positam fuisse ante S. Hieronymum, & quovis tempore in Ecclesiâ exercitam fuisse, quod non ex Scripturis tantum innote-scit, sed etiam ex Patrum omnium auctoritate. Quinto libri Numerorum Capite legitur, Deum cum Moysē loquentem illi dixisse: *Si vis, sive multos alia feceris ex omnibus peccatis, qua solent hominibus accedere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini, argue delinquentes, confiteantur peccatum suum S. Matthæus dicit: (Cap. 3.) Exhibe ad eum Jerusalem, & emisit Judæa, & omnis regio circa Jordanem & baptizabantur ab eo in Jordanem cognoscens peccata sua. S. Marcus etiam ait: egrediatur ad Joannem omnis Judæa regio, & Jerusalem universi, & baptizabantur ab illo in Jordani humine cognoscens peccata sua: (Cap. 1.) quo loco S. Basilii utitur ad probandum Confessionem. Verum ut accedamus ad legem Evangelicam, quis dubitaverit, quominus hoc Sacramento sit ministerium reconciliationis, de quo loquitur Apostolus scribens ad Corinthios secundum illa verba Redemptoris. Amen, Amen dico vobis, quodcumque ligaveritis super terram, ligatum erit & in Cælo; & quodcumque solveritis super terram, in Cælo pariter solutum iri. Quis ergo inficiari poterit, Filium Dei dedisse potestatem remittendi peccata cum Apostolis dixit: *Pax vobis. Sicut misit me Pater, & ego misit vos. Hæc cum dixisset, insufflavit, & dixit eis: (Joann. 20.) Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittentur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. (Sess. 14.)* Ex quibus verbis Synodus Tridentina hanc elicit illationem, cum Sacerdotes Apostolorum non possunt cognoscere quantum peccata remittere & que retinere possent, nisi per illam committentis confessionem, peccatorem teneri palam facere conscientiam suam, & ostendere peccata sua Sacerdoti, ut hic iudicii sui sententiam valeat profertre; Opus est enim, ut hæc questio coram Deo habeatur per Sacerdotes sine ullo metu revelationis. *idem.**

*Miserum est, nos necesse est ob de-fectum distinctionis, quam ad hoc Sacramento adhibemus.*

Nonne lacrimis nostris dignissimum est, potestatem divinitus constitutam ad peccatores solvendas, per effectum oppositum consilii Filii Dei, arcibus vincula nostra adstringi, & mala nostra fieri magis incurabilia per ipsam medicinam, quæ ad ea curanda adinventâ sunt? & beneficium remissionis peccatorum per eisdem abutim illis in graviorem damnationem converti; absolutionem, quam recipiunt; illis fieri mortis sententiam, & claves in Sacerdotibus manibus positas ad Cælum aptendum, illud potestatis obsequium? Hoc fit quæ ad sacrum Pœnitentiæ tribunal non accedimus cum ea contritione, reverentia, & preparatione, quam magnum hoc Sacramento requirit. *Pater Gibien Oratorii.*

Pœnitens in Confessione sua se ipsum exhibere debet veram imaginem Jesu Christi patientis, & iudicati pro nobis, & se subscire pœnæ, que illi præscribitur tamquam in communicationem supplicii Crucis. Debet exprimere in se eisdem sensum peccatorum suorum, quos habebat Salvator tempore passionis suæ. Et profecto æquum est, ut crimina nostra eliciant lacrimas ab oculis nostris, quandoquidem totum hauserunt Sanguinem ex venis Salvatoris. Tunc potissimum affici debemus dolore Numinis lesi, videntes Redemptorem nostrum ita doluisse eo usque, ut tristitia in horto Olivarum obrueretur. Hoc tempore præferunt nobis ploranda sunt peccata nostra cum Filio Dei; nobisque cum illo dolendum est, & conjungendus dolor nostri illi, quem ipse concepit de sceleribus nostris... Ad hæc cogitantes, Salvatorem, qui ipsa est innocentia, voluisse accusari tamquam nocentem, & non secus ac talem damari, & morti in infami patibulo, tamquam omnium hominum nequissimum, & sceleratissimum, idque coram Mundo universo, possumus ne detrectare, quominus homini vicede Dei ipsius gerenti confiteamur; nolmet peccatores esse, etiam scelerata nostra aperiamus, vel potius contemamus sub arcani sigillo, quod nunquam in lucem profertur potest? Quomodo nam detrectare possumus, quominus satisfactionis iustitiam Numinis lesi sceleribus nostris, que per contritionem plo-







rationis, & per confessionem proculmus; cum Saluator, qui ipse leuis fuerat, voluerit oblicere se morti crudeli, & infami; ut integerime ad extremum usque quadranten pro criminibus nostris satisficeret: Pater Gibben etc. Oratio.

S. Basilii in regulis docet, fœci in Corpore conflictationibus ad eos confugimus, qui eisdem curare valent; similiter pro curatione criminum que sunt vulnere anime nostre, nobis esse confugiendum ad eos, qui habent potestatem remittere peccata: ita enim loquitur; opus est, necesse est confiteri peccata sua illis, quibus tradita sunt sacramentorum administratio, secundum praxim maiorum nostrorum, & id quod scriptum est in Evangelio, quod homines confitebantur peccata sua S. Joanni Baptista, uti etiam Apostolis; Gregorius Nyssenus in quadam ex Orationibus suis ait: accipite Sacerdotem tamquam habentem vestram, ut illum participem, & socium habeatis in afflictionibus vestris, &c. (Greg. Nyss. orat. ad eos, qui durus est acribus alios iudicant.) Audacter ostendit illi quidquid latet in vobis, aperite illi secreta cordis vestri, quemadmodum lateas vulnere Medico vestro aperitis; ille curam geret & honoris, & valetudinis. S. Joannes Chrysostomus Lepe agit de pœnitentiâ & genitibus, qui subloqui debent peccatum. Si peccator inquit ille, confitetur tibi ad confessionem peccatorum suorum, satisfactio vestra medico ad illum curandum confugit ab eodem recipiatur remedia, cum illo non loquens fœciat, & tunc contra diffinita declarant. Hoc medio facit corriget crimina sua, quandoquidem confesso est absolutio peccatorum præteritorum. Et in Homilia trigesima agit de diligenti, & sincera confessione Christianis faciendâ: nec non in trigesima tertia in S. Joannem ait, nobis confiteri has peccata, que paravimus, non esse erubescendum, sed opus esse duxerat ut Deum nostrum reformidamus. Et in libro secundo de Sacerdotio; multa, inquit, opus est industria, ut peccatoribus persuadeamus, illos teneri, ut Sacerdotum curationi se se subiciant; Ex Catholica Institutione Parisiæ Cæteron.

Tertullianus inter plures Sententiâ ab eo de Pœnitentiâ, & peccatorum Confessione prolata, dicit capite octavo, Confessionem tantum immutare peccatum, quantum dimmualio illud augeat, & gravat; & paulo post improbat eos, qui propter peccatorum suorum verecundiam illa celant, atque dissimulant: Præter ne, inquit, occultent peccata sua damari, quam illa aperientem absolvi? Miserum est, semet Confessione eximere hac ratione; & capite duodecimo corripit negantes, vel differentes Confessionem, quandoquidem post Baptisum, nobis adeo confitens medicina, ut ostendens vulnus cum dolore sanatur, confidens debuit, remittatur; & accusando crimen excusetur; cur, ait ille salutem vestram dereliquistis? Cur differitis accipere medicinam? Irrationabilia animalia agnoscunt, ubi opus est, remedia sibi a Deo tradita; Cervus fœcus dictam querit, quod citius ex vulnere ferrum evellat; ne nimis diu neglectam vulnus computrescat; & peccator, qui scit a Deo institutam Confessionem, ut per illum emanaret, illam contemnit? Ex Institutione Catholica Parisiæ Cæteron.

S. Ambrosius lib. 1. de Pœnitentiâ disputans contra Novatianos Sacerdotales Confessionis hostes acerrimos, respondet illis, qui Deo nisi confiteri volunt, his Verbis: Sed ajunt se Dominum ille ferre recitentiam, cui soli remittendum criminum potestatem referunt. Immo, nulli majorem injuriam actioni, quam ei, cuius voluit mandata rescindere, commissum innotuit referant. Nam cum ipse in Evangelio suo dixerit Dominus Jesus: Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis retenta sunt, quis est qui magis honorat, utrum qui mandata obtempreat, an qui resistit? Ecce ego in utroque servare obediuntiam, ut peccatum & aliger. & relaxat; Hæc in altero innotuit, & in altero inobediens vultu ligata, quod non resolvit, non vult solvere quod ligavit; in quo se sua damnat sententia. Et paulo post: Jus enim hoc solum permissum est Sacerdotibus. Recte igitur hoc Ecclesia venerat, que veteres Sacerdotes habet hæresis vendicare non potest, qua Sacerdotes veteres non habet. Et infra: Manus Spiritus sancti est officium Sacerdotis: jus autem Spiritus sancti in solvendis, & ligandis que criminibus est. Et capite septimo: Vult Dominus plurimum posse discipulos suos, vult a Sacerdotibus suis ea fieri in nomine suo qua faciebant ipse solus in terris. Domine ait Apostolus suis: Et majora his facietis. Dedit, ut mortuos suscitarent; & cum ipse Saulo reddere posset usum videndi, cum in modo ad Ananiam discipulum suum misit, ut ejus benedictione Saulo resuscitaret oculi, quos amiserat. Sanctus Ambrosius pergens adhuc disputat contra Novatianos: Cur baptisatus, si pro hominum peccata dimitti non licet? Quid interest, utrum Sacerdotes hoc sibi jus vendicent per penitentiam, an per Baptisum? nonne in utroque idem est ministerium? Institutione Catholica Parisiæ Cæteron.

S. Hieronymus scribens adversus Montanistas; hoc intentum, restit dicitur, inquit, inter illos, ac nos, quia illos per in eodem det peccata sua confiteri; & in Epistola 65. quam scribit ad Pammachium de erroribus Originis palam ostendit Confessionem necessitatem, cum ait: alteram post naufragium salu-

Jam esse, seque suum simpliciter confiteri. Et in septimum sancti Mathæi respondens illis, qui iudiciali Ecclesie auctoritatem perstruunt, quæsi divina auctoritatis contrariam, causam suam inque dicens: Cur sanctus Paulus judicavit inessum corinthis? Cur sanctus Petrus reprehendit mendacium Anania, & Saphira? Et in decimum sextum: Sacerdos fungens officio suo, ubi audit veritatem peccatorum, novit quid sibi retinendum sit, quid remittendum. & in decimum octavam: dedit Apostolus potestatem, ut qui a talibus vult damnantur, sciant, & hominum sententiam contempnere, a iudicio Dei & quodcumque ligatum fuerit in terris, in Cælo Patris ligatum sit. Institutione Catholica Parisiæ Cæteron.

Ut vobis tradam rationem efficiendi utilem confessionem, tres vobis suggerere volo cogitationes, que illam semper præcedere debent. 1. Illam credere debetis divinitus institutam. 2. Revereri ac recipere pro Sacramento, sicuti est. 3. Ad illam tamquam ad iudicium vestrum accedere. Quamobrem hoc primum cogitare debetis, illam non esse Summi Pontificis adinventum, vel quodammodo humani consilii commentum. Deus ipse est auctor apud sanctum Joannem cap. 30. ubi reliquit Ecclesie suæ in persona Apostolorum facultatem remittendi peccata, ut peccatores, si illos pœnitent, certi essent divinæ Misericordie, que claves, & dispensationem similibus coram committerat. Quorum remissionis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt. Ego trado vobis jurisdictionem in animas, nec non potestatem, & auctoritatem absolvendi, & ligandi illas, & quæcumque peccata, que vos in terra remiseritis, in Cælo quoque remissa sint, & ea, que retinueritis, retenta coram Deo permanebunt. Sicut enim ait, vobis dedit, & ego misit. Sicut ego misit, sum a Patre, in Mundum ad peccata dimittenda; ego quoque mitto vos ad hoc obeundum officium; ego vobis communique facultatem, quam habeo. Quæ verba habent, ipsum communitatem eandem potestatem dimittendi peccata, quam ipse a Patre receperat, illos concessisse non simplices præcones, qui nunciant peccatorum reconciliationem, & remissionem peccatorum, quatenus offendunt Ecclesiam, & sedant indignis visibus communionis suæ, eo modo, quo hæretici intelligunt; sed illos creatos, & delegatos tamquam veros iudices cum potestate, & jurisdictione ligandi, atque solvendi, proferendo sententiam absolutivis peccatorum; quatenus efficiunt nocentes coram Deo. Ego dimittit vobis peccata vestra, inquit Sacerdos, non auctem auctoritate remissa vobis esse peccata vestra. Saluator non ait, quorum declaraveritis remissa sunt peccata; sed, quorum peccata remiseritis. Vehementer igitur errat, qui dicit Pœnitentiæ Sacramento, Sacerdotem non dimittere peccata, sed declarare solum a Deo remissa sunt; & Dei nomine tantum imponit pœnitentiam; Sacerdos enim non scrutatur interiores cordis mei latebras, ut intelligat, utram produxerim actum vere contritionis, que mihi obinet gratiam, neque penetrat Confessio Dei, neque revelatione gaudet, ut sciat, utrum ille gratiam largiatur. Quomodo igitur declarare id potest, quod ignorat? Alioquin, cur confiteri deberemus scelera nostra coram Sacerdote, qui non esset iudex? Si absolutio negotium non ageretur nisi coram Deo vivente in petitionibus animæ labilibus contritionem nostram, & si gratia immediate ab illius bonitate esset obtinenda: profecto Confessio non esset Sacramentum; haberet enim effectum adeo inhumum, adeo parum probabilem, & levis adeo momenti, qualis est declarare solum, & non conferre peccatorum remissionem. Pater a Sancto Martino de Porta.

Concilium Tridentinum Sacerdotes appellat: Iudices supra Tribunal conscientie. Cum autem iudicium ferri non possit de iis, que latent, non fertur iudicium absolutio de crimine, quod ignoratur. Ad æquivalent sententiæ, quam fert Sacerdos, opus est, noverit peccata omnia ad illa absolvenda; & multo magis, ad ea fecerenda ad illa que sunt retinenda. Necessè igitur est, ut aperiat illi malum nostrum per propriam accusationem, & confessionem, ut illi applicet medicinam; & aliquo interiorum anime nostre statum atque minime potest. Quamobrem vel Sacerdos non exerceat jurisdictionem sibi a Deo collatam in peccatores; vel si illam exerceat, peccatores tenentur per idem jus divinum, quod consulti Sacerdoti hanc jurisdictionem, manifestare illi pura, integraque Confessione statum anime suæ, qui cum fallit, nisi sibi a peccatoribus aperitur, quemadmodum scriptum est in actis Apostolorum: Multi credentium veniebant confitentes; & annuntiabant a istis suis (Cap. 19.) vel ut habetur in Syriaica Versione, offensas suas, malos actus suos, & delicta ad ostendendum, hanc non fuisse actionem consilium, & generaliter, qua peccatores declararent, quin memorarent species, circumstantias, & numerum criminum, ut dicitur hæretici, & in omnem licentiam effusi, sed Confessionem distinctam, ex qua innotescat, in quo, quomodo, & quoties peccaverint: numerantes offensas suas; & que sequuntur in Textu satis declarant; legitime enim propter hanc Confessionem, quod qui secuti fuerant Magis super-

Confessio instituta fuit a Deo. Hoc primum cogit are debent.

Præcis ad bene confitendum.

Sacerdotes constituti sunt iudices conscientie, rum; idcirco que illis aperienda sunt omnia peccata.

ditiones, qui erant verisimili, aculeum libris; & confiterentur coram omnibus. Idem Pater a Cæ. Martino. Modus secreto confitendi peccata sua in auriculam Sacerdotis, non est directe statutus per divinam institutionem; ideoque non est vel essentialis, vel necessarius huic Sacramento; absolute loquendo, uti neque publica Confessio; quandoquidem Tridentina Synodus asserit a Jesu Christo nequaquam vestram fuisse, si peccatis ultra illam facere velis; & minime inquit; ex quo liquet neutram confitendi peccata rationem determinatam fuisse a Concilio tamquam divinæ institutionis; sed substantiam Confessionis, & accusationis peccatorum, sive palam, sive privatim statum esse essentialia; & necessariam hujus Sacramenti, & illam directe invenire suam institutionem in his verbis, Quorum remissionis peccata &c. Quamvis tamen particularis Confessio directe determinata non sit in hac institutione; & proculdubio indirecte determinata est, & quodammodo, pro præsupposita divina institutione confessionis hæc honestissima, sanctissima, & humane conditioni accommodatissima est confitendi peccata sua ratio, & ad difficultates, & auferenda scandala, que occurrere possent, nisi secreto perageretur. Idem.

Ad pœnitentiæ Sacramento rite suscipiendum, primum examine diligenti excutienda est sua cuique Conscientia, & recensenda peccata singula, ac præsertim, que per habitum committuntur; vel utra, obstrata; consideranda sunt mala, que minime prohibuit, ne ferant domi tua, & bona, que facere negligit, quæ sunt reconciliare proximos tuos, elemosynam erogare in magna pauperum necessitate; per ignaviam desiste astrictis exercitationibus; nullam in discrimine habere, vel inquant prætermittere devotionem. Mox ut verum dolorem, & sinceram contritionem concipias, tibi propones causas omnes, que in te æqualem ceteris possunt, & interiorum abalienationem a peccato, sine qua nihil valent nostre confessiones. Ita respiciens, & te pœnitent peccatorum tuorum, tamquam effectum extremæ ingratiitudinis erga infinitas Dei bonitates, quas habet Deus erga te, & gratias omnes, quibus te amulavit, & omnia bona, que ab eo recepti. Plo-rabis illa tamquam contumelias illatas Majestati Supremæ, tamquam contemptum Magnitudinis suæ, & tamquam profanationem Sanguinis sui; conficies oculos in Crucifixum, & in humilimum cogitationibus immoraberis. Ecce quid Jesus passus est: Ecce quoniam redigisti amor suus erga me. Opus est, ut ego pergam Sanguinem ejus effundere. Opus est, ut minime cesset me suis beneficiis ornare? Heu! quam me pœnitent difficultatis erit? Deinde sinceram institues Confessionem, dicens omnia peccata tua quorum meministi, idcirco breviter, nihil admittens inane, & paucis verbis (complexens circumstantias, que exprimere necesse est sine prolixis, & inutilibus narrationibus, quibus sapius aliena, quam nostra crimina infirmamus; qua in re tunc enim malum agimus, cum bene agere existimamus, & crede, quod peccatorum tuorum enarratio brevior erit, diligenter, & simpliciter, eo perfectiore futuram; que ut ita fiat, memento exprimere, quantum ferri poterit, numerum peccatorum, & dicere utrum confiderate, atque consulto ea feceris, utrum diu immoratus fueris, an aliquibus tantum momentis; & tandem plene confentem præbueris; an aliqua tantum usus fueris negligentia in amovenda cogitatione, neque prætermissas asserere, utrum peccata tua fuerint in gravi materia vel levi. Tertio loco, cum recipis absolutionem, collige spiritum tuum coram Deo, inaura dolorem peccatorum tuorum, & ac tibi metipsum anime tuam Jesu Christi Sanguine mandata, & conferrari; & in illa imprius vultu prorsus recentem, ne ultra precēs. Quarto, post Confessionem foris recede; in spiritu proferre te ad Jesu Crucifixi pedes. Eamque confidit vulneribus sanguinis, & suo Sanguine cruenta, amore simul, & dolore pro te animam efflare. Aut hoc tenens.

Ut rite nosmet præparemus Confessione, conscientia accurate excutienda est; videlicet opera diligenter dauda est, ut rite aperiamus statum anime nostræ; ut Confessarii eam cognoscere valeat. Examine hoc ita necessarium est, ut Confessio irrita esset, atque facile, si vel unum mortale peccatum prætermitteretur eo defectum examinis; quod tamen ad scrutulum usque non debet procedere. Adhibenda est omnis attentio quam flagitat res tanti negotii; & tempus in hanc rem tranfmittendum; collocari debet secundum necessitatem, & prædantis Directoris consilium. Ad bene cognoscendum anime nostre statum 1. Imploranda est auxilium, & lumen Spiritus sancti; & examen instituentium est per singula peccatorum mortalium capta, per virtutes, & singula Dei, atque Ecclesie præcepta: verbo, secundum Evangelii dogmata, & omnia vite Christianæ officia; etenim aliquando per hæc singillatim erimus iudicandi. Ipsi præoccupare debemus Jesu Christi iudicium, ut S. Paulus ait, Nosmet feruntur debemus secundum nostri status officia, secundum peccata habitualia, & affectus

qui in corde nostro dominantur; atque ut facilius meminisse valeamus, cogitandum est de varietate locorum, ubi fuimus, personarum, cum quibus versati sumus, rerum, vel negotiorum quibus operam dedimus, studiorum, & promotionum, affectionum, habituum. Executentes conscientiam nostram videre debemus peccata, que commissimus cogitatione, verbo, opere, omissione: Numerum omnium peccatorum mortalium, circumstantias, quibus fuit graviora, aut leviora, causas, & occasiones, propter quas illa commissimus; effectus, quos pepererunt vel in nobis, vel in aliis. Ubi vero perquam diligenti examine uti fuerimus: 1. Ex corde petenda nobis a Deo erit venia peccatorum, quibus nosmet obstrinximus: 2. certum, firmumque incedendum consilium non amplius peccandi: 3. adhibenda omnes præcautiones, & nihil intentum relinquendum, ut crimina expiemus, & evitemus. Ex Theologia.

Si postquam solerti indagine excusimus conscientiam nostram recordari præteritorum scelorum non possumus, tunc Deus, qui non querit impossibile, dimittit peccata, quorum oblitus sumus, non secus ac illa, que declaravimus; cum oblitio non accidit culpa nostra; quorum, si postmodum reminiscimur, ubi prima adit occasio, nosmet accurate debemus. Sed contra si per examinis defectum, aut verecundiam, vel nequitiam aliquod omiserimus mortale crimen, Confessio nulla erit, & facile, ac iterum inchoanda, ac præterea sacrilegi pœnitentiæ subeunda. Cum vero oblitus sumus declarare mortale peccatum, quia tale esse ignorabatur, Confessio esset bona, si venialis esset ignorantia, vel excusabilis; sed si non posset excusari ignorantia, tunc sacrilega esset Confessio. Ignorantia mortalis dicitur, cum crassa est, & adfectata earum rerum, que debemus, & facile scire debemus. Venialis est cum non est crassa, neque adfectata, vel cum quod ignoratur, non est magni momenti. Plene excusabilis est, cum est absolute invincibilis. Numerus autem eorum qui vivunt innoxia ignorantia, ingens est, neque sine horrore cogitari potest; pauci enim Christiani sunt in omnibus statibus, qui non vivant in criminosa ignorantia officiorum suorum generalium, & particularium. Ideoque pauci sunt, qui bus titendum non sit de Confessione, & Communionibus suis. Ex Theologia.

Pœnitens humiliter se confiteri debet tamquam reus, qui sentit pondus criminum suorum; quorum pœnitent, & que expiare desiderat. Aperit enim peccata sua sine dolore & confusione, perinde ac si narrant historiam quampiam, quam nullo in discrimine haberet; illa excusatur, vel in alium rejicere, non recipere humiliter, & submissivo animo præcepta, & monita prudentis confessarii ad quem confititur, hoc est sine humilitate peccata sua confiteri. Præterea peccata ipsa dicenda sunt; quemadmodum cognoscuntur, quin aliquid addatur, vel immittatur; & Pœnitens se talem ostendere debet Sacerdoti, qualem se esse putat coram Deo. Sed se alium ostendere ab eo, qualis est; vel taliter verbis involvere peccata, ut Director nequeat satis fecerere statum anime nostre; hoc est deiecit in Confessione simplicitate; qui vulgarissimus defectus est, & grave peccatum: hoc enim est directe agere contra J. C. intentionem, qui Confessionem instituit, ut nosmet aperiamus Sacerdoti, quales sumus; & ut Sacerdos sanum politer iudicium ferat, & apposta adhibere remedia. Debet enim Pœnitens peccata sua honestis verbis significare, nec de alienis verba facere sine necessitate: sine necessitate inquam: non enim desunt aliqui casus, ubi aliena detegere crimina opus est: exempli gratia cum omnino nequis sperire feceris tuum quantum est, quin de teas tui criminis facium, cum iustitia, quam alicui debes, efficit, ut nequeas citra illius detrimentum, verum criminis conforem ostendere &c. Ex Theologia.

Sunt quibus generalis Confessio est omnino necessaria; sunt quibus est prudens præcautio. Necessaria illis est, qui nunquam, ut oportebat, accesserunt ad Pœnitentiæ Sacramentum: qui cum Deo vere reconciliari non possunt; nisi per generalem Confessionem optime factam. Sapiens vero præcautio illis est, qui cum fundamento dubitantes de validitate præcedentium Confessionum, hoc medio illas reparare possunt. Utile est sæpe confiteri, aliquando præter ordinem confiteri, & confiteri prolixius omnia peccata, que jam confessi sunt, & quorum absolutionem receperunt. Hæc praxis pietatis bona est, & aliquando etiam necessaria pro quibusdam, pro aliis vero inutilis, & aliquando perniciosa; & Confessarii est ferre iudicium pro circumstantiarum varietate. Propter hoc, aliasque plurimas causas oportet pretium esse deligere Confessarii doctum, atque prudentem. Ex Theologia.

Confiteri debemus cum communi sæculorum omnium consensu, & propria eorum Confessione, qui ab Ecclesia læceserunt, Pœnitentiæ videlicet Sacramento, per quod Sacerdos virtute clavium, edicere potestatis, quam recepta Deo, peccata dimittit, que post Baptisum paravimus, & non oblitiscimur id confiteri sub peccata gravissime ingratiitudinis, quanta fuerit misericordia Redemptoris nostri, qui reliquit infirmitatibus nostris remedium, adeo promptum, & ac præfens. Confiteamur etiam longe honestius, & facilius esse

Quid faciendum sit pœnitenti; qui neque meminisse peccatorum; que paravit.

Confiteri debent ut humiliat; simplicitate, & prudentia.

De generali Confessione, carumque utilitate, & necessitate.

Cur solentia fuerit Confessio publica.



Deus enim non remittit peccata nisi eum cor conversum est. Penitentiam metus, cum solus est, incipit quidem conversionem, illam disponit, sed minime perficit, nisi conjuncta sit cum amore dominante Dei, atque iustitia; cor enim conversum non est nisi cum sincere detestatur peccatum suum. Ad illud detestandum amanda est iustitia, ideoque immutandus est amor, & affectus; sed hanc mutationem solus timor non parit. Peccator peccatum deserens, ne ardeat aeternum, non timet peccare, Sanctus Augustinus inquit, sed ardeat: peccat adhuc, si possit impune. Igitur semper amat peccatum: Non amor iustitiae, sed solus poenarum timor agit illum. Ideoque cor ejus nondum conversum, & mutatum est. Verum quamquam timor solus non mutat dispositionem cordis; efficit tamen ne amplius peccetur, ne puniatur; atque hoc pacto auferit sensum, & sine sensu habitum peccandi. Auferens vero sceleris habitum, amoverit obices, qui vtabant, ne amor Dei in cor ingrederetur; & hoc pacto disponit cor ad conversionem. Quamobrem S. Augustinus timorem comparat cum acu, quae in lineum, laneum, sericumque panem, filum introductit. Filum introducti nisi per aciem non potest; ita amor Dei, qui cor nostrum convertit per poenarum timorem introductur. *Ex Theologia.*

Idem Argumenti.

Articulo superiori nequaquam satis respondere possumus dicendo Contritionem involvuntem consilium, & votum se se praesentiam Poenitentiae Sacramento, hujus partem constitutur; atque per nexum hunc vel relationem cum Sacramento peccatum remittere, & satis esse, ut absolutio in scriptura sit relate ad finem hunc, effectum, quamvis nunquam conferatur, neque donec gratiam quam continet sub vera, perfectaque contritione. Hoc inquam non est rationabiliter respondere, ac satisfacere; namque secundum sententiam, & verba Concilii, efficientia, & praecipua virtus hujus Sacramenti consistit in verbis, quae vim habent, ut antequam exprimentur, & profertur, nunquam producat effectus, qui oritur ex virtute, quam Auctor Sacramenti impellit in verbo Absolutionis. Ex quo sequitur Contritionem, quae praedicat Sacramento, & quae iustificat animam intuitu, & voto Sacramenti, nihil omnino conferre ad remissionem peccati, quae fit per Clavium virtutem, & quae, ut dicit solet, proficitur ex opere Sacramenti; sed peccatum remittit actione propria, & dispositione animae, quod sibi ante Sacramenti Institutionem. *Pater a Sancto Martino a Porta.*

Contritio perfecta non est omnino necessaria ad recipiendum absolutio.

Dicere possumus si perfecta contritio erat dispositio absoluta necessaria, ante efficientiam Sacramenti, Dominum nostrum per Sacramenti hujus Institutionem non suppetitraliter nobis remedium, quod nobis faciliora praebet media ad obtinendam poenarum nostrorum remissionem; sed novum nobis opus imposuisse, quoniam sceleris remissio praecederet formam Sacramenti. Alioquin, si contritio esset absolute necessaria, plerique fideles raro ad Poenitentiae Sacramentum accederent; quia vel existimarent se hanc habere Contritionem, vel illam se non habere sentiant; si primum, Sacramentum illis videbitur inutile; quoniam Contritio per se habet vim obtinendi remissionem peccati; si possunt invenire, & recipere bonam valetudinem in Ministerio, & absolutione Sacerdotis, se dispensabunt, quominus ad illum, tamquam Medicum conferant, neque confugiant ad Sancti Petri claves, si Deus ipse aperit illis januas Caeli; sed si reciderint se non esse vere contritos, fiant, Sacramentum sibi nequaquam profuturum, & propter defectum necessariae dispositionis nequaquam sibi collaturam gratiam; hoc efficit, ut non se exhibeat ad Tribunal Poenitentiae; ex quo inferendum est solam attritionem cum Sacramento conjunctam, sufficientem esse dispositionem ad gratiam, & conversionem; videlicet attritionem quae dolore contrit corda nostra, & non aliud est quam efficacis detestatio peccati concepta in anima propter rationem aliquam supernaturalem, quae cum nequeat re-adhuc integra contemplari Deum, quatenus summam bonitatem, respicit illum saltem tamquam Judicem inexorabilem, cujus timet supplicia, & a quo sperat se misericordiam consecuturum; neque aliquid ultra requirit, ut affectum peccati derelinquat. Quibus addo Parisiensis Facultatis Oraculum, quae anno 1638. censura notavit virgula propositionem afferentem, attritionem non sufficere, & contritionem omnino necessariam esse ad recipiendum absolutiois Sacramentum, & censuit hujusmodi propositiones aptas esse ad perturbandas conscientias, & oppositas esse consuetudinibus, & Ecclesiae praxi, & imminuere Sacramenti efficientiam; quapropter illas tamquam temerarias, & erroneas proscriptit. *Ex eodem.*

Primum propositum non habendum in lae viri genus relinquendi, permanet adhuc in peccatorum peccatum affectu, & sibi complacet in actuali adhesionem praesentium habitum, ideoque conversus non est, & hoc in statu sperare non potest ullam cum Deo reconciliationem. Si veram habuit peccatorum suorum detestationem, fieri non potest ut ferret adhuc peccati alicujus amorem. Ita Salvator, postquam aegris valetudinem restituit, eisque largitus est peccatorum remissionem, plerumque dimittebat eos hoc brevi monito: vade, & non amplius peccare, ne quid tibi de caetero contingat; cum recidiva sit ipsa mala valetudine de-

terior: si enim Sathanas adhuc semel invenire poterit aditum in locum, unde egressus fuit, illius acquisitiones eorum illi majori in honore, quo magis arces iterum adquisiverit augent gloriam, & reditum Victoris, qui novas vires, adeoque majores exercituum est. Quo in argumento maiores minime possumus desiderare probationes istas, quae afferuntur a Sancto Petro in Epistola secunda, ubi adeo extollit necessitatem ferventis hujus propositi de non ulterius peccando; ut illis qui in Jesu Christi cognitione semel reliquerunt peccati dominationem, ac rursus in illum ingreduuntur, dicat; melius illis fuisse non cognoscere viam iustitiae, quam post agnitionem reverti ab eo, quod illis traditum est, Mandatum. (2. Petri 2.) *Ex eodem Pater a Sancto Martino a Porta.*

Non sufficit detestari peccatum commissum, oportet etiam certum intus consilium non ultra peccandi; quod Consilium necessarium est; alioquin enim dolor est falsus. Non possumus asserere aliquem posuisse peccatum criminatum, si nondum criminibus abstinere decrevit: utrum vero hoc decreverit, non nisi ab effectu potest intelligi, 1. Ex immutata vitae ratione; 2. Ex conatu, quem exercit, ut pravos habitus corrigat. 3. Ex fuga occasione peccati. Pravum habitum nomine intelligere debemus facilitatem habendi in peccata quadam, quibus affectivum, exempli gratia impudicitiae, juramento, ebrietatis, detractionis &c. At ad corrigendos pravos habitus, quos contraximus, diligentissime nobismet ipsis invigilare debemus, multum orare, & evitare omnes occasiones proximas peccati, quas evitare tenemur, alioquin certissime perituri. *Qui amat periculum, peribit in illis, Spiritus sanctus ait. Ubi animam verendum est duplex esse genus occasionum proximarum peccati; quarum alia per se sunt peccati occasiones; alia vero non sunt, nisi propter quasdam circumstantias, vel propter personarum dispositionem. 1. Figuras, aut lascivias imagines, ac inhonestas, pravorum librorum lectio, nimis familiaris frequentia cum personis alterius sexus, spectacula, choreae, comediae, ludus immodicus: Haec omnia per se sunt peccati occasiones. 2. Judex qui per ignorantiam, timorem, humanas rationes impar est iuri dicundo, semper est in proxima occasione peccati, donec in hoc officio perseveret. Homo qui honestis alioquin necessitatibus interesse non potest, quoniam Deum ledit, est in proxima peccati occasione, nisi eas reliquit. Negotium, & professio Argentarii, sunt pluribus proxima occasio peccati, qui per habitus pravos exercere hanc nequeunt professionem, quin feneratorum, mentiarum, iniustitias, aliave peccata committant: haec sunt exempla occasionis peccati alterius speciei. Occasiones hujusmodi reliquenda sunt; alioquin non est vera contritio; & quamvis etiam grave aliquod malum vincendum esset: hoc enim in casu illud faciendum est, quod docet Jesus Christus: Si oculus tuus dexter, vel dextera manus tua scandalizat te, erue oculum tuum, abscinde manum; praestat enim unum oculum, ac manum unam habentem in Caelum ingredi, quam cum utroque oculo, & utraque manu in gehennam ignis deturbari. Quorum verborum sensus est. Si quid tibi oculo tuo, vel dextera manu antiquius tibi esset occasio lapsus, & peccati, ab eo recedere, ac separari debes; si vis infernum evitare. *Ex Theologia.**

In proposito praesenti quod facinus de Deo non ledendo, imitandum nobis est Judex ille Israel Jephthe, qui cum pollicitus esset se Deo sacrificaturum quodcumque sibi obvium occurreret victori de praelio redeunti, & obvium habuit filiam, corculum, ac delicias suas; oculos in Caelum sustulit, dixitque: Nihil interest; quamvis hoc sit mihi vitam ipsam auferre immolare suavissimas omnes vitae meae delicias, quae in filia mea continebantur, offeram illam in Sacrificium Deo, quandoquidem me ita facturum pollicitus sum; *Os meum adertur ad Dominum; & jam aliquid facerem possum. (Jud. 3. 11.)* Quidquid horreat natura, opus est me hanc praestare. Simili pacto devotis inimicis vestris per contritionem, atque propositum a vobis innotum abrenuntiandi huic voluptati, huic objecto propter amorem Dei; quamvis ageretur de filia, hoc est de ea cupiditate, ex qua tibi idolum fecisti, de creatura, quam deperire non cessas: ubi se tibi offert occasio Deum ledendi, dic: *Os meum aperit ad Dominum; & jam aliquid facere non possum. Fidem meam Dominus obligavi; quomodo nam aunderem coram illius Majestate prodire, si modo illi me detestarem officia? Hoc esset fidem fallere. Hoc nequaquam fiet Deus; propterea, voluntas mea non mutabitur; tibi serviet, tibi quae placere quareat. Proferas abrenuntio miseris hujusmodi Sathanas suggestionibus, me a servitute tua amovere conati. *Pater Antonius de Sancto Martino a Porta.**

Peccator sibi blanditur putans se morti proximum bonam esse Confessionem facturum. Verum illum ne facere poterit? Initium faciendum est a diligenti usque peccatorum indagagine. Quam impediat hoc negotium est? Quod chaos expediendum? Cogitationes, desideria, actiones, quibus forsitan nulla impensa fuit cogitatio per tot annos inter libertatem, & flagitia traductos. Omnia temporis momento recidivata sunt, postissimum vero hae scandali peccata, & invocanda sunt, postissimum vero hae scandali peccata, & invocanda sunt, postissimum vero hae scandali peccata, & invocanda sunt, postissimum vero hae scandali peccata, & invocanda sunt. Difficultas reddendi hanc

De bono proposito in pravos habitus, & occasionibus peccati.

Propositum quod facinus de Deo non ledendo esse debet inviolabile.

Quem debet poenitentia quae fit in morte.

hanc rationem Ministro Jesu Christi, videbatur peccatori insuperabilis, ipsis etiam diebus bonae valetudinis suae: illam ergo superabilem suam oppressit infirmitate? Sed criminum dolor, qui adhaerere debet absolutio, erit ne in hoc peccatore, adeo sincerus, efficacis, absolutio, uti opus est? Dolor hic esse debet supernaturalis, & pendet a Deo, & ab homine, a gratia, & a nostra cooperatione. Gratia autem quae divellat peccatorem ab antiquis, violentisque vinculis suis; gratia adeo specialis, ac decretoria, promissa est in leculo mortis; Scripturae et contra nonne illi respulsum praenuntiat? *In interiori vestro ridebo. (Prov. 1.)* Ita secundum communes regulas, peccator, qui respicit in extremum vitae suae spiritum conversionem suam, locum non habet confidendi in divina Misericordia. *Pater Segneri in Meditationibus.*

Quid si Poenitentia ad peccatoris conversionem necessaria.

Poenitentia est detestatio peccati; & sollemniter jurando se se obstringere ad poenas de se ipso repetendas, est accusare apud Deum peccatorum nostrorum qualitatem cum proposito satisfaciendi, quoad per nos fieri poterit, profertur non solum immortalium inimicitiam contra peccatum, sed etiam contra locos, & occasiones, ubi illud committimus. At duplex est generis poenitentiarum, vel detestatio peccati, quae peccatori procurat reconciliationem, & justificationem apud Deum; altera tamquam virtus, altera tamquam Sacramentum; sed utraque simul, quamvis aliter, in Confessione ingreditur. Contritio necessaria est pro Sacramento Poenitentiae; quapropter docet Theologus hunc dolorem esse interioriorem, & rationabilem; quem anima concipit omnium peccatorum suorum propter Deum summopere amabilem cum firmo proposito illius non ultra ledendi. Eius definitio initium ducit ex hoc doloris vocabulo, quod non significat nisi Poenitentiam, vel dissimulationem, quae habetur in corde propter peccatum conceptum, & efformatum per inordinatam voluptatem; opus est etiam, ut destruat in corde per justum dolorem, quem Deus petit, criminis nostri ad veniam conversionem. Sed quae, attendite, quid existat Deus pro conversione vestra, atque ut vos liberet ab inferno quem meruitis; effundite lacrimas contritionis; hoc est, concipite dolorem nimis laesi, & sibi satisfactum fuisse putat pro scelere, aeternaque poena. O Deus quam promptus es ad veniam! Quam facile tibi fit satis! Nolite voluntatis abnegatio, praeteritum criminum retractatio, dolor, hoc unum illud est, quod praestat a nobis iubes, si converti velimus. *Pater Antonius a Sancto Martino a Porta.*

Unde licet cognoscere utrum vera habeamus contritionem.

Hic auferre volo tot parum animarum serupulum, quibus ut plurimum negotium facillimum scilicet cupiditas, utrum contritiones suae bonae, validaeque sint, utrum sufficiens sibi sit laesi nimis dolor, qui requiritur ad obtinendam misericordiam. Assero enim cum celeberrimis Doctoribus non requirit omnino dolorem criminum, qui haberi possit vehementissimus. Verus criminum dolor, quem petit conversio, non est adnexus huic mentis; atque servatur in majori, & in minoribus essentiae conversionis; non aeternum gradibus Scriptura peccatorum veniam pollicetur. Quam igitur peccator adimplet conditionem, quam exigit Deus, videlicet, ut convertatur, quantumvis exilis sit contritio, habebit semper, vel tamquam forma, vel tamquam extrema ad gratiam dispositio, essentiali oppositionem, cum omnibus peccatis mortalibus; quae ratio de sumpta est ex Synodo Tridentina. Et sane si minimum mortale peccatum privatum gratia, & omnibus meritis, quibus erit orata; eadem ex causa oportet, ut minima peccata capax sit restituendi gratiam, & ejcendi omnia peccata mortalia quantumvis esse possint enormia. Non pariter exigua etiam Poenitentia amari mercedem, Sanctus Chrysostomus inquit. Certum contritio actus est, verus Caritatis; nam amantes Deum super ea omnia, quae sunt amabilia, licet etiam amor hic esset infirmus, si verus est, satisfactum precepto amoris Dei; ita ut actus doloris quantumvis infirmi, delere possit omnia peccata. Sanctus Augustinus cap. 4. de vera, & falsa Poenitentia, & generatim Patres omnes dicunt considerandam esse criminis qualitatem, ut illi idonea applicetur Poenitentia; quod intelligendum est de remissione poenae non assem peccati; pro cuius expiatione unus sufficit actus, quantumvis tepidus, licet quo ferventior est, majorem procuret perfectionem animae illum producenti. *Idem.*

Dolor detestatio peccati esse debet rationabilis, & voluntaria.

Quemadmodum duo sunt peccatorum genera originale, & attuale, Deus nobis dedit duo aquarum genera, quae sunt lacrimae Poenitentiae ad illa ablunda. Quemadmodum originale peccatum per alienam contrahitur voluntatem, ideo aqua aliena fuit est ad delendum in Sacramento Baptismi; sed attuale peccatum, quo polluitur per nostrae voluntatis consensum, flagitatur aquam hauriam ex imo corde per dolorem voluntarium; sed ad timidam conscientiam placandas, quae nunquam parent sibi verum esse dolorem Nimis laesi, nisi sensibilem, exteriorumque tristitiam experientur, connotatur singultibus, lacrimisque, quae quidem summam habent utilitatem, ut innotuit in lacrimis Regis Prophetae, Sancti Petri, & Magdalene, hoc satis frequenter accidit, quandoquidem cor prohibere nequaquam potest, quominus communicet oculis eos motus, quos celat, & vulnera, quibus conficitur. Verum si omnes tenemur habere dolorem pec-

catorum nostrorum, non omnes tenemur illum pro nobis ferre, lacrimas fundendo, quae saepe suspitione minime vacant, & non semper manant ex corde; cum saepe voluntas peccatum summopere perhorrescat fectis oculis, ac sine lacrimis, quae natura potius effectus sunt, quam opera gratiae. Contritio, & dolor hic esse debet rationalis, & voluntarius, quin necesse sit, ut sensibiles corporis mutationes, cujusmodi sunt suspiria, ac ploratus oboriantur. Si contritio esse debet rationalis, & voluntaria, patet illum non pendere ex diurnitate, & virtutem ejus defumi solum ex spiritus dispositione. Brevitas temporis, & horz novissima extremitas, non efficiunt, ut anime venia negetur, si hanc vera cum contritione petierit, inquit Sanctus Cyprianus: *Nec brevis temporis, nec haec extremitas excludit a venia, si fuerit contritio vera.* Et constat ratio, cum enim sit voluntaria, principium ejus habens facultatem spiritualem agit in instanti. Quacumque hora, visceret, quocumque momento anima ingemiscit, inquit Scriptura, sua illi dimittentur peccata. Ita ut si nobis totus superans esset infernus tribus syllabis peccati, illum possumus superare, ut fecit David, in instanti; tanta enim fuit doloris ejus propter adulterium, & homicidium magnitudo, ut Deus illi per Prophetam suum Nathan significaverit, se illi eorum veniam largitum fuisse. *Ex eodem.*

Namquid nimis a nobis exigit Deus, cum nostras nobis dimittimus noxas postulat, ut illas oderimus, ut illas Ministris suis aperiamus, ut nosmet subiciamus Poenitentiae; quam nobis imponit? Gratias agamus potius Salvatori, quod pro nobis satisfecit operibus suis, quae infiniti sunt pretii. Alioquin quid nobis prodesset omnes Poenitentiae, gemitus, suspiria? Ita cum dicimus Patri Caesari: dimitte nobis debita nostra, ne arbitremur nos modicum quid ab illo petere. Venia, quam nobis concedit, nullo nobis sit pretio; sed quanto fecit Jesu Christo! Hanc enim ille pretio sanguinis sui se ipsum tradidit futurum emittit redemptionis hominum universorum. Domine! ultra salutare non vales adspicere ingratitudeis meae; laesi Parentum omnium optimum. Tamen satis fuit sum in calamitate mea, quippe invenio argumenta fiducia, & spei in eo, quod causam constituit doloris mei. Profecto, quandoquidem Patrem offendit, illud desceat lacrima mea; igitur dicere audeo, Deus meus; cum eo sensu confusiois, & conscientiae, quem mihi inspirat peccatum meum, & misericordia tua; dimitte nobis debita nostra. *Pater Segneri in Meditationibus.*

Si perfecta contritio requireretur tamquam conditio, vel necessaria dispositio, hoc esset onerosum imponere jugum in lege Evangelica; & cum nobis Sanctus Joannes illud exhibeat leve, & suave, illud arduum efficeret usque ad impossibilitatem. Etenim quid durius, quam hinc obligare peccatorem ad specialem enumerationem omnium criminum conscientiae suae abditissimorum detegendorum ad pedes Sacerdotis cum violentia, quam natura pati potest in hoc genere accusationis, inde vere velle erueret illo hanc heroicam contritionem, quae fit super carnem & sanguinem, & quae omnes sensus pertranst, ut adhaerent in simplici conspectu bonitatis summopere amabilis? Quamobrem haec eadem bonitas infinita reliquit nobis in Ecclesia sua Sacramentum, cui virtus est nobilitatis, & inflammandi contritiones nostras, ita ut quamvis separatim fiat a Sacramento, possit per fides nos ad justificationem perducere; tamen cum hoc divino Mysterio conjuncta de Caelo spiritum hunc eliciat, quo efficit, ut quantumvis pars essentialis concurrat ad efficiendum ex poenitente peccatore hominem profus addictum Deo. *Pater Antonius a Sancto Martino a Porta.*

Synodus Tridentina verba faciens de Contritione imperfecta dicit, quamvis sine Sacramento minime sufficiat ad peccatorem in justificationis statum adducendum, illum tamen disponere ad illam in Sacramento recipiendam; quae verba satis perspicue ostendunt efficientiam, quam habet virtus, & Sacramentum Poenitentiae ad justificandam per se animam peccatricem, si inveniret in illa dispositionem integram, & supernaturalis attritionis. Ait, illum ex se non posse disponere nocentem animam ad justificationem, sed hoc posse ait, accedente Sacramento. Non ne igitur hoc est docere nos, huic Sacramento ex se, & per institutionem suam inesse virtutem conferendi gratiam iustificantem illi, quem nascitur sola attritione dispositum? Hoc est unum ex Sacramentis mortuorum cum Baptismo, quod est alterum; habet igitur ex institutione sua, virtutemque suis potestatem conferendi gratiam peccati mortalis expulsum; igitur non requiritur ad hoc ut habeat suam efficientiam, & actionem, ut inveniat, vel supponat peccatum jam remissum, & condonatum; alioquin non produceret unquam effectum, propter quem intentatum est. Igitur Sacramentum nullatenus flagitat contritionem praeviam, tamquam necessariam actioni suae dispositionem; alioquin semper illam supponeret, & peccata remissa virtute sua contra id, quod docet Theologi de potestate clavium, quod non solum se extendit ad declarandum rem absolutum, verum etiam ad erimen illius remittendum, & absolvendum. *Ex eodem.*

Gratia nobis agenda sunt & lavatori quod satisfecerit pro peccatis nostris.

Attritio sufficit cum Sacramento.

Imperfecta contritio peccatorem disponit ad justificationem.



De satisfactio-  
ne per  
Confessionem  
imposita.

Certum est, nisi Deus per bonitatem suam indulserit, & aliquid de jure suo remiserit, futurum fuisse ut homines justitiam illius satisfacere non possent pro patris scelere. Namque ab infinito leso ad finitum ledentem nulla est proportio, & ubi potentia suprema sunt, finitæ potentie nequeunt illis conferri secundum suam auctoritatem. Quamobrem Deus cognoscens, nos solvendo pares non esse, acceptat conatus infirmitatum nostrarum pro multa honoraria, quam illius justitiam offerimus, & hanc a nobis exigit in Sacramento Pœnitentiæ, quod cum in Ecclesia institutum sit in Judicii formam, petit, ut in locum æternarum poenarum, Ministri, qui proferunt sententias suas in foro conscientie, sint etiam Judices arbitri ad æstimandas, taxandasque temporales poenas peccatis debitas. Sicuti enim in praxi juris civilis, quamquam Princeps reo gratiam largiatur, hoc semper fit cum hac conditione, ut læsæ parti satisfaciatur (quod tamen Principis liberalitatem non minuit) similiter gratia semper integra erit, & perfecta quoad scelus, ac poenam æternam: quamvis post ipsam Sacerdotis absolutionem exigat a nobis Deus hæc satisfactioes, inligens aliquam poenam pro scelere nostrorum solutione, ut Deo jus præbeamus, ejusque in nobis ulciscamur injurias. Hoc requirebatur, mirum in modum Sanctus Augustinus ait: *ni parva peccator culpa, si cum illa fuerit & poena.* (Tom. 6. Tract. 124. in Joh. c. 21.) Si enim poena eundem habere finem cum culpa; peccator oblitisceretur statim magnitudinis peccatorum suorum; & necesse erit, ut ille quem Dei Misericordia liberavit a poenis æternis per absolutionem, conservaret semper memoriam Signorum sensibilibus hujus gratiæ, per quam æterna supplicia in temporalia commutata sunt, ut per praxim hujus satisfactiois in Confessione æstimata repleat quidquid illi superest ex obligationibus suis persolvendum. *Idem.*

De satisfactio-  
ne per  
Pœnitenti-

Quamvis satisfactioes pro peccato reservari possent in vitam alteram, in Purgatorio persolvendæ, quæ eorum sententia est, qui sententiæ se nullo pacto teneri ad acceptandas Pœnitentiæ in hac vita præscriptas; & quamvis tanta esset contritio, ut nihil expiandum relinqueret post se; certum est, ut Synodus Tridentina docet, non desse semper quasdam salutare poenas, animarum nostrarum curacioni necessarias, quas Confessarii, qui sunt Medici nostri spirituales tenentur imponere, & quas nos acceptare tenemur; quia sunt malorum nostrorum remedia, & media salutis nostræ necessaria, tunc vero potissimum cum nobis præscriptæ sunt ad fugiendas occasiones, quæ trahunt in peccatum: tunc enim sine appellacione, & sine excusacione acceptandæ sunt, nisi velimus esse causam mortis nostræ; quippe nos auget inevitabilis necessitas fugiendi non solum peccata, sed etiam vias, quæ nos in illa perducunt. *Ex notis.*

De satisfactio-  
ne ejus-  
que necessi-  
tate.

Sacerdos imponit Pœnitentiæ peccatoribus peccata sua confitentibus; necesse quippe est, ut Fideles satisfaciatur Deo propter peccata, quæ post Baptismum paraverunt. Sed homo par non est per se, ut Deo satisfaciatur; par est tamen satisfaciendo semet cum Jesu Christo confocians, qui satisfecit pro nobis; & cujus satisfactio nostris pretium communicat. Tamen quamvis Jesus Christus satisfecerit pro nobis, hoc minime vetat, quominus satisfactio nostra utilis sit, & necessaria. Ad obtinendam enim remissionem peccatorum nostrorum, non sufficit Jesum Christum pro nobis satisfecisse, requiritur etiam ut Jesu Christi Satisfactio nobis applicetur. Sed illa in Pœnitentiæ Sacramento non applicatur nobis, nisi hoc supposito, ut ipsi Deo satisficiamus pro peccatis nostris, quantum licebit. Verum est penes Deum esse arbitrium parcendi nobis eo modo, quo vult; potest nobis peccata nostra dimittere applicatis nobis merito satisfactiois Jesu Christi, quin ullam nobis relinquat satisfaciendi necessitatem; Ita facit, cum primum nobis in Sacramento Baptismi peccata dimittit. Sed æquum est, ut in Pœnitentiæ Sacramento, ipse nobis non parcat, nisi nobis relinquens necessitatem nosmet in hac vita puniendi per satisfactioes nostras confociatas cum satisfactioibus Salvatoris: quia Pœnitentiæ Sacramento non institutum est nisi pro ingratis, qui perfrugerunt scelus sanctum cum Deo in Baptismate. Æquum est, ut ingrati hujusmodi puniantur, & consequenter Deus illis non parcat, nisi ea conditione propofita, ut aliquo fiet illis lapsus ac labore commutato poenæ æternæ, quam erant promeriti. *Ex Theologis.*

Exempla ex  
Bibliis ad  
probendam  
satisfactio-  
nis necessi-  
tatem.

Videmus in Bibliis exempla peccatorum dimissorum cum obligatione satisfaciendi Deo in hac vita; videmus etiam peccata non aliter dimissa fuisse ante Jesum Christum; quamvis tunc, non secus ac hodierna die peccata dimitterentur, nisi in gratiam meritorum satisfactiois Jesu Christi. Post exitum de Ægypto Israelitæ adoraverunt vitulum aureum in deserto: sepe murmuraverunt contra Deum; Deus ad Moysis preces dimisit illis peccatum. Sed in poenam eorum, quod dimittebat illis, damnavit eos ad traducendos annos quadraginta in deserto, & plures etiam, ne in Terram promissam ingrederentur. David commisit adulterium, & homicidium; poenituit eum, & Deus illi pepercit. Sed

Propheta Nathan Dei nomine dixit illi futurum, ut in dimissi criminis poenam perferret in familia sua durissimas afflictiones, quibus consistatur: Superbis crimen quod deinceps Rex iste commisit, condonatum illi quoque fuit; sed simul triduaa peste puniunt. Hæc Bibliorum exempla probant quidem in peccatorum nostrorum poenam nobis perferendas esse ærumnas, quas Deus nobis immitit; sed non desunt alia plura, quæ probant, nobis quoque adjuvandas esse alias poenitentias, & voluntarias satisfactioes. Exempli gratia, David ploravit tota vita sua patris scelera, ad quæ expianda gestavit cilicium, & singulis noctibus oraturus e cubili surrexit. Tamea Rex erat, & Deus illum certior fecerat, omnia ejus delicta sibi jam dimissa fuisse. Ninivitarum exemplum huic celebritate non cedit. Jonas missus fuit in Ninive, ut Dei nomine profiteretur, urbem illam in flagitiorum suorum poenam intra quadragessimam diem delendam. Ninivite sacco, & cilicio induti, cineribus adpersi, severissimum indixere jejunium, precibusque Deum fatigant; ut misericordiam consequerentur, eamque consecuti sunt. Probat igitur Deus, & præcipit voluntarias satisfactioes illis Ninivitarum similes. Similia videri possunt exempla in persona Regis Manasse, & in illis Judæorum Bethulæ. Ex hujusmodi exemplis liquet, per orationem, jejunium, elemosynas, aliaque opera satisfactiois, homines posse, ac debere mulcere iram Dei, illum sibi conciliare, & expiare peccata sua, quin metuant fe contumeliam inferre satisfactiois Jesu Christi. Caput in innocuo corpore pro noxiis hominibus passum est; homines noxii pati debent ad exemplum capitis, & se se passionibus ejus confociare. *Ex Theologis.*

Ecclesia imponebat olim peccatoribus severissimas poenas 1. ut eos cogeret per hoc ad satisfaciendum Justitiæ divinæ. 2. ut per hæc exempla continerent fideles, qui nondum in peccatum lapsi erant. 3. ut majorem cerneret peccati horrorem, ejusque enormitatem ostenderet. 4. Propter publicam ædificationem. 5. ut per Sanctas hæc rigores prohiberet, ne peccatores relaberentur, & ut longa, molestaque probatione conversionis sinceritatem exploraret. Sed Ecclesia, ut filiorum suorum infirmitati indulgeret, plurimum abscidit de hac veteri consuetudine, nec permittit amplius, ut imponantur poenæ adeo prolixæ, & severe. Vetus hic sollempnium pœnitentiæ apparatus, & quidquid cum illo rationem habebat, hodierna die non vigent amplius. Attamen Ecclesia nondum omnino relaxata est in iis quæ pertinent ad Pœnitentiæ. Nam 1. Explicite præcipit, ut publicæ fiat pro publicis peccatis Pœnitentiæ; 2. Apertissimis, ac vehementissimis verbis imperat, ut Confessarii in pœnitentiæ impositione sequantur spiritum Canonum antiquorum, & Sanctorum Patrum; accommodantes pro virili parte Pœnitentiæ quam imponunt, magnitudini peccatorum, quæ Pœnitens confessus est. *Idem.*

Si nostras a satisfactioibus Jesu Christi fecerimus, nulla unquam proportio invenitur inter Pœnitentiæ maximas, & peccata levissima. Sed Jesu Christi satisfactio, a qua omnem vim haurimus nostræ illi conjunctæ, efficit, ut aliqua inveniri possit proportio inter Pœnitentiæ nostras, atque peccata. Quamobrem cum præcipit Ecclesia, ut præter pœnitentiæ impositionem peccatis, intelligit imponendas esse poenas magis, minufque severas, perinde ac peccata magis, minufque sunt gravia. Hinc Sancti Patres olim respuerunt tamquam crudelitatis genus, & speciem homicidii in Sacerdotibus non exigere ex peccatoribus partem illorum criminibus Pœnitentiæ. Hoc ipsum hodie dicentis, Sacerdotem in hoc casu non solvere peccatores, sed ligare, & heri peccati ipsorum consortem. Unde sequitur, secundum ipsum Concilium, poenas esse imponendas, quæ sint puniæ æque ac peccati medicina. Sunt medicina, cum peccatorem a recidiva præservant, eumque corrigunt. Exempli gratia cum molesta sunt, cum superbiam frangunt, eamque habent diuturnitatem, & proportionem cum scelere enormitate. Propter hujusmodi satisfactioes idem Concilium cum omnibus Ecclesiæ Patribus, Sacramentum Pœnitentiæ Baptismum molestem, ac laboriosum appellat. *Ex Theologis.*

Opera per quæ postsumus Deo satisficere pro peccatis nostris, omnia redigi possunt ad orationem, jejunium & elemosynam secundum ea, quæ Raphael Angelus dixit Tobias. Quæ ad orationem rediguntur, sunt 1. Oblatio, quæ fit Deo actionum omnium, & poenarum, quæ patimur five ille corporeæ sint, five spirituales, undecumque hæc poenæ proficiuntur. 2. Omnes precum species, seu vocales, five mentales. 3. Adflicto publicis Ecclesiæ Ministeriis, ac sancto Sacrificio. 4. Sanctæ lecturæ & Operæ satisfactoria, quæ rediguntur ad jejunium, sunt omnes corporis mortificationes, cilicia, flagella, cubare super terram, abstinere etiam a licitis voluptatibus, & spiritus mortificationes eujusmodi sunt, abrenunciatio proprio judicio, alienæ fidei subicere voluntati, perferre propter amorem Dei humiliactiones, & confusiones. Elemosynæ loco omnia intelliguntur opera misericordie cum spiritualia, tum corporalia; & de quibus satis locuti sumus in Secundo Tomo nostræ Bibliothecæ.

Quamvis sit,  
& sepe fuerit  
Spiritus  
Ecclesiæ in  
impositione  
pœnitentiæ-  
rum.

Proportio  
quæ invenitur  
inter Pœnitentiæ  
maximas, &  
peccata  
levissima.

De operibus  
satisfactio-  
nis.

De dispo-  
sitione qua  
requiritur  
in pœnitenti-  
æ satisfactio-  
ne.

Opera tamen pretium est addere ex semet Pœnitentiæ illius, quæ sunt impositæ a Confessario, modo prudenter fiat. Sed prodest ipsum consulere Confessarium, ne quid imprudens agatur in Pœnitentiæ, quas aliquis sibi imponit ultro. Ex duabus enim poenis similibus, quarum altera imposita est a Confessario, altera electa a Pœnitente; utilior, & magis meritoria illa est, quæ imponitur a Sacerdote, dummodo aliunde pares sint dispositiones in Pœnitente; quia hujusmodi Pœnitentiæ partes sunt Sacramenti; sunt jussu Ecclesiæ; & qui illas exerceat, exerceat actus humilitatis, & obedientiæ; unde sequitur, hæc plures benedictiones, ac gratias promereri præ illis, quas sibi Pœnitens eligit, ceteris paribus. *Idem.*

Peccator qui Deo velit satisfacere nullam, habere debet mortalis peccati afflictionem, hoc est debet poenitere se peccavisse, debet inire consilium non amplius peccandi, ac debet se in statum addicere recipiendi remissionem. Quamobrem Pœnitentiæ eorum, qui adhuc committunt peccata mor-

talitæ, qui eorum nullo dolore afficiuntur, & nunquam statunt ex corde abstinere, qui nullos exerant conatus, & nullas ad id preces effundunt, horum inquam inutilis est pœnitentiæ, & semper criminosa est, quia non nisi fallax esse potest, & hypocrita. Hoc enim est: Illudere Deo; mendacem; & hypocritam esse, cum ab eo petitur venia peccati, quod amatur adhuc, & quod non relinquitur. 2. Omnis Pœnitentiæ debet iniri conversioni cordis, vel saltem in initio conversionis, alioquin est falsa. Sed neque conversio, neque conversionis initium est in illis, qui amant peccata sua, & adhuc ea committere volunt. Ita eorum Pœnitentiæ tantum abest, ut mulceant Dei iracundiam, ut illam magisque iritent, quod facile per Scripturas probatur, quæ asserunt, munera impiorum Deo accepta non esse; hunc repellere, & pati non posse eorum sacrificia; jejunantem in peccato, & in illud semper relabentem, nullum ex humiliactione sua fructum percipere; & orationem ejus exauditionem non iri. *Ex Theologis.*

# DE SACRAMENTO ORDINIS. DIGNITAS SACERDOTII, Et quid Ecclesia hoc in Argumento Ministris, Laicisque præscribat. M O N I T U M.

Quamquam Cæremonia, quæ Ecclesia servat in Ordinis Sacramento, dumtaxat pertinere videantur ad Ministros Domini, Sacerdotes, alioque Ecclesiasticos; nihilominus fideles Laici, & omnes passim Christiani, pro quorum salute hoc Sacramentum institutum est, inveniunt unde semet sanctificent, & se beatos putent, quod quod sunt membra Ecclesiæ adeo sapienter instituta, quæ illis suppeditat tot auxilia, occasiones, & adminicula exercendi virtutes præstantissimas per reverentiam, quæ debetur Sacerdotibus, aliisque Ministris, per submissionem Ecclesiæ, per Pastores nos regit, per Sacramenta nos alit, & fovet nos per verbum Dei, & tot alias utilitates, quæ hoc Ordinis Sacramento nobis procurat.

De hoc tamen Argumento generatim dumtaxat verba faciemus, quin iis immoremur questionibus, quæ haberi solent a Theologis, quam Concionatori, qui debet Auditores suos erudire, & querere fructum, qui percipi potest ex Christiano Sermone, cujuscumque tandem sit argumenti.

## DE SACRAMENTO ORDINIS. Dignitas Sacerdotii; & quidquid Ecclesiæ præscribit Ministris suis, & Laicis hoc in Argumento.

Quid sit Or-  
dinis Sacra-  
mentum.

Ordo Sacramentum est, quod confert potestatem, & gratiam efficiendi publicas functiones, quæ referuntur ad cultum Dei, & ad animarum salutem. Dico, Ordo hinc esse Sacramentum, quia Signum est sensibile conferens gratiam. Manuum impositio, & Episcopi Oratio; hoc est signum sensibile. Potestas, & gratia sacras functiones exercendi; exempli gratia offerendi sacrum Missæ Sacrificium, remittendi peccata, prædicandi, aliaque ministerii functiones obeundi; hæc est gratia, quam signum hoc operatur. Scimus hoc signum sensibile operari hoc spirituales, & hinc, idque non Scriptura docet, & Traditio. Membrum Scripturæ impositionis manuum Apostolorum propter Sedotium, & Diaconatum; & gratia inherens huic manuum impositioni, cum oratione conjunctæ. Omnium vero seculorum Traditio nos docet, Ecclesiam innoxiam auctoritatem Scripturarum semper respexisse impositionem manuum conjunctam cum oratione Episcoporum super Ministris Domini, tamquam cæremoniæ, quæ gratia confertur. Episcopis tantum inest potestas Sacramentum hoc conferendi; quod probatur tum per Scripturam, quæ solis Apostolis, atque Episcopis eorum Successoribus tribuit potestatem imponendi manus, cum per Traditionem: Semper enim Ecclesia censuit Episcopos esse solos, qui hæc receperint potestatem, & semper eos damnavit, qui illam simplicibus etiam Sacerdotibus tribuere voluerunt. *Autor recens.*

Virtus, &  
essentia Sacra-  
menti Ordinis.

Ordinis Sacramentum confert potestatem exercendi functiones cujus Ordini herentes, tribuit gratiam illas cum benedictione exercendi, ac tandem indelebilem imprimi characterem, quo fit, ut bis hoc recipi nequeat Sacramentum. Ordines vulgo septem esse dicuntur, Ostiarius, Lectoretus, Exorcistatus, Acolytatus, Subdiaconatus, Diaconatus, & Sacerdotium. Quatuor primi vocantur Minores; quæ novissimi Majores, vel Sacri. Nil vetat, quominus Episcopus, si velit, octavus dicatur Ordo; quoniam Episcopi Sacerdotibus præstant characterem, spirituali auctoritate, atque muneribus suis; non secus ac Sacerdotes præstant Diaconis, & Diaconi ministris inferioribus. De hie est Episcopus.

copos Sacerdotibus esse Superiores: Quarto enim Ecclesiæ seculo Hierus habitus fuit tamquam hereticus; hæc enim veritatem negabat. Sancti Epiphanius, & Augustinus hæc recentem hæresim inter eas, quæ hic tradit Hæresiarca. Tamen Pontifex non est Ordo, sed preparatio quædam, & dispositio ad Ordines, qui simul omnes unum sunt Ordinis Sacramentum, cujus aliquis majori, minorive in copia sit particeps, prout Ordo collatus major, vel minor est. *Ex Theologis.*

Jesu Christus ab æternis Sacerdos constitutus secundum Ordinem Melchisedech; instituit incrementum Eucharistiæ Sacrificium in Coena novissima, in qua obtulit Deo Patris Corpus, & Sanguinem suum sub speciebus panis, & vini. Sacrificium hoc, quod representat quotidie illud Crucis, est propitiatorium pro Vivis, atque Defunctis. Offeritur uni Deo, aliquando in honorem, & memoriam Sanctorum. Nihil est in Canone Missæ, quod purum non sit, & pietatem non redoleat: præterea cæremonia cum quibus celebratur, Sanctissima sunt; Missæ, in quibus Sacerdos solus Sacramentaliter communicat, semper communes sunt; quandoquidem celebrantur per publicum Ecclesiæ Ministrum, non solum pro se, verum etiam pro omnibus fidelibus, qui sunt membra Corporis Jesu Christi. Mixtio aquæ cum vino, quæ fit in Calice, sanctissime instituta fuit ab Ecclesia ad representandum aquam, & sanguinem, qui fluxit ex Sacro Jesu Christi latere. Non expedit Missam lingua vernacula celebrari; sed opus est, ut Pastores, & qui curam gerant animarum, explicent vel per se, vel per alios inter ipsam Missæ Celebrationem aliquod esse illis, quæ in illa leguntur, & aliquod esse Mysteris Sanctissimi hujus Sacrificii, præsertim vero diebus festis, atque Dominicis. *Ex Concilio Tridentini Concilio.*

Tridentina Synodus statuit quid de Ordinis Sacramento credendum sit in articulis quatuor, in quibus declarat, de-  
finitio de Sa-  
cramento Or-  
dinis Sacer-  
dotibus col-  
latis.

Jesum Christum dedisse Apostolis, eorumque Successoribus in Sacerdotio, potestatem consecrandi, & offerendi Eucharistiæ Sacrificium, remittendi, retinendique peccata; alique minores: Cum per Scripturam, ac Traditionem Apostolicam dubitare non liceat, quominus Ordo collatus conferat gratiam; deinde dubitari non posse, utrum fit Sacramentum: Cum hoc Sacramentum, æque ac Baptismum, & Confirmatio, imprimant characterem, qui deleri non potest; *Idem.*